& ceteri in d.l. Aquilius, 27. ff. de donationibus. Oldrad. conſil. quinto, & conſil. 214. Philippus Corneus conſil. 149. col. 1. lib. 3. Alexan. conſ. 30 col. 2. lib. 3. Guid. Pap. q. 95. & conſ. 34. col. 2. & ſexcenti alij, quos recenſet, & amplectitur Tiraqu. in repetitione dict. l. ſi vnquam, 8. verb. donatione largitus, numero 47. Codice de reuocanda donat.

Quibus etiam non inuiti accedunt Emman. Soarez in theſaur. recept. ſentent. lit. D. nu. 238. Anton. Gabriel Roman. libro 3. de iur. quæſito non tollen. concluſio 6. nu. 6. & concluſio 7. nu. 2. Nicolaus Euerhardus conſ. 60. nu. 10. Mynſinger. ſenten. 4. obſeruat. 75. in principio. Modeſtin. Piſtoris conſil. 63. lib. 2. Cuiac. in lib. 29. quæſ. 4. Papin. ad d.l. Aquilius, ff. de donat. Rauchbar q. 11. num. 13. part. poſter. hoſque allegans Do. Bocer. prædicto capit. 13. nu. 20. vbi tamen ſubijcit, diſpiciendum hic eſſe; vt merita donationi æquiualeant, ex Rauchbaro d. q. 1. num. 16. *Harprec.*

c *Communem concluſionem.*] Ita not. Bart. in l. ſi forte, ff de caſt. pecul. cuius contrariũ vult in l. per diuerſas, §. iuxta hæc quæro, C. mand. *Gouean.*

d *Secus autem.*] Idem donatio ob benemerita, quando facta dicatur, etiã quomodo aſſerenti de benemeritis credatur, habetur per Menoch. quem vide de arbitr. iud. caſ. 134. ſed an donatio remuneratoria dicatur, ſi filius legitimatus donat patri? vide per Socin. conſ. 295. libro 2. ſub numero 10. Itẽ quod donatio remuneratoria quælibet cenſeatur, etiamſi de meritis nil dictum ſit, dũmodo ea probentur, habetur per Tiraquell. in l. ſi vnquam. C. de reuoc. don. folio 154. qui etiam dicit, quod fallit, vbi quis donat filio, vel conſanguineo. Aduerte, quod donatio remuneratoria inter coniuges permittitur, vt per Rol. in conſ. 92. nu. 44. Et quando ſic debet conſtare de meritis per Dec. cõſil. 366. col. 4. Rubr. 95. quem vide, & Rol. d. conſ. 96. qui n. 49. dicit ꝙ alias reddatur nulla, & atteſtatur de cõm. opin. *Giach.*

5 e *Nunquid † ad hoc, vt talis donatio remuneratoria valeat, requiritur quod ipſa merita æquiualeant donationi.*] In hac remuneratoria donatione exigitur; vt detur, vel promittatur aliquid ad menſuram receptorum beneficiorum. Non enim hæc donatio excedere debet beneficia accepta; ſed hæc cum illa, & contra illa cum his congruere debẽt. Siquidem ſi plus donatur, id, quod plus eſt, in donationem ſimplicem tranſit, l. 1. & l. hoc iure, 19. §. 1. ff. de donationibus, & arguit hic Clarus noſter. Quod tamen reſtringitur, vel ratione rerum, vel ratione perſonæ. Ratione rerum reſtringitur, ſi beneficia accepta nullã æſtimationem accipiunt. Tum etenim quantacunque eſt donatio, tota remuneratoria iudicatur, vt tradit Imola in d. l. Aquilius, 27. ff. de donationibus.

ſic: neque eſt neceſſe ad ipſius validitatem, quod merita ipſa probentur. Et hanc dicit eſſe
c *communem* c *concluſionem. Bertr. conſ. 118. poſt nu. 1. lib. 2. in 2. part. Epiſc. Loazes in ſuis alleg. pro Marchione Velez, fol. 133. nu. 37. Quem tamen intellige, vt procedat, quando donatio fit à perſona, quæ poteſt liberè donare, licet nulla merita ſubeſſent: & ita dicit eſſe cõmunem opinionẽ. Curt. iun. conſ. 142. nu. 3. quem refert Bello. conſ. 74. poſt nu. 17. ſecũdum quam in facti cõ contingentia iudicauit Parlamentum Delphinale, vt atteſtatur Guid. Pap. deciſ. 95. Se-*
d *cus autem, ſi ipſa* d *donatio fieret inter perſonas prohibitas: nam eo caſu non ſtatur aſſertioni donantis, ſed requiritur probatio meritorum. Ita dicit gloſ. in l. ſi donatione, gloſ. fin. C. de collat. quæ ad hoc propoſitum ſolet ſemper allegari, & quam dicit eſſe cõmuniter approbatam, Bello. in d. conſ. 79. nume. 5. illam etiam omnibus approbari atteſtatur Alex. in d.l. ſi donatione, num. 5. Et ita cõmuniter teneri affirmat Bertrand. conſ. 138. nu. 22. libr. 2. in 2. parte. Et hanc eſſe commun. opin. atteſtatur Paul. de Caſtr. conſ. 345. n. 4. verſ. Tertio videtur. lib. 1. Corn. conſil. 144. in litera H. lib. 2. Si enim ſtandum eſſet aſſertioni donãtis, ſemper poſſet eludi prohibitio legis, atteſtãte donatore merita proceſſiſſe, quod nullo modo eſt dicendum. Dicitur autem donatio fieri inter perſonas prohibitas, puta, inter patrem, & filium, inter virum, & vxorem, & huiuſmodi, de quibus infra ſuis locis dicemus.*

3 *Sed nuuquid* e *ad hoc, vt ta-*
e *lis donatio remuneratoria valeat, requiritur, quod ipſa merita æquiualeant donationi? Reſp. quod ſic. Ita ſentit Bart. in l. ſi quis pro eo, §. 1. in fin. ff. de fideiuſſ. & eſt communis opin. vt ait Dec. in l. petens. n. 17. C. de pact. Intellige, quando fit inter perſonas prohibitas: nam limitata cauſa limitatum producit effectum: & ideò non poſſunt merita plus operari circa validitatem ipſius donationis, quam aſcendat valor ipſorum meritorum. In reſiduo igitur non reputabitur tanquam donatio remuneratoria, ſed erit donatio ſimplex. Et hæc eſt communis concluſio, vt dicit Bertrand. conſil. 164. nu. 2. lib. 2. in 2. parte. Vide, quæ dixi infra, q. 8. verſ. Sed pone. Si vero ſit facta inter perſonas non prohibitas, non attenditur, an merita æquiualeant donationi, vel ne ex quo etiam nullis ſubſiſtentibus meritis donatio valuiſſet. Et in hoc nulla eſt controuerſia.*

4 *Sed quæro, quomodo dicantur in his caſibus merita æquiualere donationi? Reſp. quod in hoc, & an attentis meritis donatio dicatur moderata,*

Perſona autem vel nobilis eſt, & diues, vel ignobilis, & pau-
6 per. Nobilis † & diues ſi remunerandi animo donat, quicquid donat, totum donare videtur; quia illius natura, & officium eſt, maiorem referre gratiam, quam accepit, capit. primo, extr. de donat. At ſi ignobilis, & pauper filius remunerat quam accepit, ibi plus illud, vel magni, vel parui eſt pretij; Si magis eſt pretij; tunc id, quod beneficia præſtita excedit, cadit in donationem ſimplicem: quia in exceſſu ceſſat relatio, ad quã facta eſt. Si verò parui eſt pretij: tota erit donatio remuneratoria: quia, auctore Heſiodo, beneficia accepta eadem menſura reddenda ſunt, & melius ſi poſſis. Debemus quippe agros fertiles imitari, qui plus afferunt, quam acceperunt, teſte Cic. lib. 1. de offic. Ceterum cum certo definiri nequeat: totum Iudicis arbitrio cõmittendum erit. Idque, poſt alios fuſiſſimè explanat Tiraquell. in d. l. ſi vnquam, 8. verb. donatione largitus, num. 84. cum ſeq. C. de reuocand. donat. & Georgius Obrecht. in æconomia donat. diſput. 5. theſ. 174. & ſeqq.

Hoc loco, & illud addẽ-
7 dum: quod † donatio remuneratoria ob ingratitudinem reuocari non poſſit, l. ſi pater, 34. §. 1. ibiq; gloſ. in verb. irreuocabilis, ff. de donationibus, l. metum 9. §. animaduertendũ verſicul. ſed licet vim, ff. quod met. cauſ. Iaſon in l. ex hoc iure, 5. nu 54. ff. de iuſtit. & iur. Alex. conſilio 216. nu. 3. vol. 2. Fuluius Conſtantinus in rubr. tit. Inſtit. de donat. nn. 5. verſ. & hinc poſtea eſt, &c. Cacheran. deciſ. Pedemont. 139. nu. 9. & 28. Tiraquel. in d. l. ſi vnquam, 8. in verbo donatione largitus, nu. 13. & ſeqq. C. de reuocã. donat. Ioſephus Ludouic. in communibus concluſionibus, concluſ. 16. num. 353. Modeſtinus Piſtoris conſ. 63. num. 66. lib. 3. Menochius conſil. 1. nu. 67. lib. 1. conſ. 307. nu. 7. conſ. 331. nu. 66. lib. 4. Natta conſ. 122. nu. 14. tom. 1. Ant. Gabr. Roman. de iure quæſito non tollend. concluſione ſexta, num. 6. & concluſ. 7. numero 2. Emmanuel Soarez dict. theſau. recept. ſentent. litt. D. num. 235. & ſeq. hoſque referens D. Bocer. dict. Commentar. de donationibus, c. 13. numer. 26. vbi diſſentientes adducit Arium Pinellum in d. l. 1. C. de bon. matern. part. 3. num. 62. verſ. infertur ſeptimo, &c. & Fridericum Prucchmanum in tractat. de regalibus, membr. 2. effect. 6. & ſeq. cap. 4.

8 Denique addendum eſt; donatorem † remuneratorium de euictione teneri donatorio, ex hac potiſſimum ratione: quod donatio iſthæc remuneratoria proprie non eſt donatio, ſed potius permutatio quædam, præallegata lege, ſed & ſi lege, 25. §. conſuluit vndecimo, ff. de petit. hæreditat. In permutatione autem aliter de euictione tenetur, l. ſi permutationis, 29. C. de euictionibus. Et ita plerique tenent, Iacobus de Arena,

Bartol. Franciſcus Aretin. Alexand. & Iaſon in l. Iulianus 131. §. 1. ff. de verbor. obligat. alijq; quos citat, & probat Tiraquellus in dict. l. ſi vnquam 8. in verb. donatione largitus num. 59. C. de reuocand. donat. Quamuis, poſt Decium in l. ſi donatione, 13. n. 35. & ſeq. C. de collat. contrariam ſẽtẽt. amplecti videatur D. Bocer. d. c. 13. n. 27. *Harp.*

& determinata regula, ſed ſtã-
f *dum eſt arbitrio* f *Iudicis. Ita concludunt communiter Scribentes, vt atteſtatur Iaſ. conſ. 154. num. 5. lib. 2. quem refert Epiſcopus Loazes in ſuis allegationibus pro Marchione Velez, fol. 193. nu. 3. Regulariter enim vbicunq; aliquid non eſt à lege certo determinatum, ſtatur arbitrio Iudicis, vt dixi ſup. lib. 2. §. Iudex. Qđ nota, qa. ſi caſus cõtingeret, bonum eſſet habere Iudicem fauorabilem.*

f *Arbitrio iudicis.*] Ad idem, adde atque plene vide per Menochium de arbit. iudic. cauſ. 132. numer. 7. & ſeq. Item dona ob merita quando facta dicantur, & quomodo merita probentur? dixi ſupra, & adde per Roland. conſilio decimotertio, numero 32. qui loquitur de aſſertione decurionum. *Giach.*

QVAESTIO IV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio cauſa mortis quid ſit.*
2 *Et an donatio in dubio debeat iudicari cauſa mortis, vel inter viuos.*
3 *Et quid ſi fiat ab infirmo.*
4 *Et quid ſi in donatione ſit facta mentio mortis.*
5 *Et quid ſi donator promittat donationem non reuocare.*

Ex Additionibus.

1 *Vtrum in dubio donatio cenſeatur inter viuos, an cauſa mortis*
2 *Eſt quoque mortis cauſa donatio, ſi non mortis fiat mentio, ſed verba iſtius donationis vim obtineant.*
3 *An mortis cauſa donatio intelligatur, ſi donator ſit in extremis vitæ conſtitutus; & nulla mortis mentio facta, fuerit, remiſ.*
4 *Et quid donatio ſub commemoratione mortis facta, cũ clauſula de non reuocando, aſſumat naturam donationis inter viuos.*
5 *Inter viuos, non mortis cauſa donatio eſt, ſi effectus, & executio obligationis in euentum mortis differatur.*
6 *Donatio item inter viuos, nõ mortis cauſa reputatur, ſi donatio ſub mortis mentione in aliquem, & eius hæredes confereatur.*
7 *Inter viuos quoque, non mortis cauſa, præſumitur donatio, ſub mortis mentione facta, ſi quinque teſtes non interuenerint.*
8 *Similiter donatio, conſanguinitatis cauſa ſub mortis mentione facta, inter viuos donatio intelligitur.*

ADDITIONES.

a
1 N*Vnquid in dubio donatio iudicari debeat inter viuos, an cauſa mortis.*] Communis † regula, & concluſio eſt: quod ſi in donatione fiat mentio mortis, præſumatur donatio cauſa mortis, alias ſecus, l. Seia, 42. in fine, ff. de mort cauſ. donat. Et ita, vltra Clarum, & Giacharium hic in ſuis additionibus, et ab ijs citatos, ſentiũt. Antonius Gomeſius lib. 2. variar. reſolut. iur. ciuil. c. 4. num. 15. Didacus Conarruu. in rubric. tit. de teſt. part. 3. nu. 25. Viuius lib. 1. recept. ſentent. verb. donatio. Menoc. lib. 3. præſumpt. cap. 35. Michael Graſſus lib. 1. recept. ſentẽt. §. Donatio cauſa mortis q. 1. nu. 2. D. Bocer. in Commentar. de donat. c. 5. n. 12. Petr. Nico. Mozz. in tractat. de cõtractibus, titul. de donat. rubr. diuiſio donationis reſidet, nu. 19. & ſeq. Pruckman. cõſ. 18. nu. 48. volum. 2. Domin. Card. Tuſcus tom. 2. pract. concluſion. lit. D. concluſ. 655. & ſeq. Thadeus Piſo lib. 4. variar. re-
2 ſolut. cap. 1. n. 3. & 18. Et † licet non fiat nominatim mortis mentio: ſi tamen verba donationis eã vim obtineant, vt videatur donans mortis cauſa donare eſt eiuſmodi donatio: vt ſi dicat donator; ſe bona ſua donare vxori ſi eam ſibi ſuperſtitem fore contingeret, notante Iacobo Thoming. deciſ. 20. n. 8. Eſt quoque mortis cauſa donatio, ſi quis dicat. Quæ bona reperiũtur mea tẽpore mortis meæ, dono filijs meis: quemadmodum ſcribit D. Bocerus d. c. 5. n. 15. allegans Vincentium Carocium deciſio. 84. *Harprec.*

b *Mentio mortis.*] Et tunc preſumitur donatio cauſa mortis, alias ſec., vt not. Hipp. Rim. in prin. de don. Inſt. ex illo tex. nu. 315. vbi retulit idẽ adnotaſſe gl. Bar. Ang. Cuma. Imol. ac ceteros Doct. in l. Seia, §. fi. ff. eod. Et hanc dicit eſſe cõem poſt Iaſ in l. quæ dotis nu. 16. ff. ſolut. matr. quam plures recenſẽs concordantes, qui deinde ad iſtam cõem annectit 10. limitationes, atq; diſcutit illas: idem vide ibi per eund. plene. Adde ẽt per Duen. reg. 218. Crau. conſ. 214. n. 10. Rol conſ. 8. Fallit ſi proceſſiſſent merita, per Tiraq. in l. ſi vnquam, C. de reuoc. do. fol. 152. Itẽ fallit, quando iudicando cauſa mortis nõ valeret don. ꝑ Crauet. conſ. 277. col. fi. *Giac.*

c *Inter viuos.*] Adde quod iſta cõcluſio recipit aliquas limitationes: quarũ ſex vide ꝑ Hipp. Rim. in prin. Inſt. eo. tit. n. 368. uſq; ad nu. 375. & adde, quod dixit Alex. in cõſ. 74 uol. 4. quod dicitur dona. inter uiuos, licet fiat mentio mortis per modũ demõſtrationis: uel ſi ſit pactũ de nõ petẽdo, ſi ſit facta ꝑ ſe & hæredibus, Itẽ donatio quãdo dicatur inter uiuos, et quãdo cauſa mortis? uide ꝑ Rol. cõſ. 61 uol. 2. ac ꝑ Dec. in cõſ. 460 Et qõ dicatur inter uiuos, mẽtione mortis haud attẽta, uide ꝑ Rim. cõſ. 426. *G.*

QVAEST. IV.

1 Q*Væro, quid ſit donatio cauſa mortis? Reſp. mortis cauſa donatio eſt, cum qui habere ſe mauult; quam eum, cui donat, magiſq; eum cui donat, quam hæredem ſuum. Sunt verba Iuriſconſulti in l. 1. ff de donatio. cauſa mortis.*

2 *Sed quæro, nunquid* a *in du-*
a *bio donatio iudicari debeat inter viuos, an cauſa mortis? Vtilitas autem huius quæſtionis eſt maxima: nam ſi eſt donatio inter viuos, non poterit poſtea reuocari: ſecus autem ſi eſt donatio cauſa mortis, vt eſt in iure motiſſimum. Dic ergo, quod ſiquidem in donatione non eſt facta*
b *mentio* b *mortis: quia ſcilicet non eſt collata in tempus mortis; hoc caſu tenendum eſt in*
c *dubio, quod ſit donatio* c *inter viuos, non autem cauſa mortis. Ita tenet gloſſ. in l. apud Celſum. §. Iulianus, in verbo, Spopondiſſet, ff. de doli mali exceptio. & eſt communis op. vt dicit Iaſon in l. quæ dotis numero 26. ff. ſolut. matr. hæc enim qualitas, quod ſit cauſa mortis, in dubio præſumi non debet, ideo qui illam allegata, debet eam probare: alias ſtandum eſt in regula; Quod quicunque donat, cenſẽtur velle dominium in donatarium transferre, & conſequenter inter viuos, & irreuocabiliter donare. Et hæc quidem concluſio de plano procedit, quando donatio fit ab homine ſano, vel non nimis grauiter infirmo. Sed*
3 *quid ſi facta ſit* d *ab infir-*
d *mo, præſertim exiſtente in articulo mortis, & quem veriſimile ſit de morte ipſa cogitaſſe, licet forte in ipſa donatione nulla mentio mortis facta fuerit? Reſpond. Anton. de Butr. in capitulo 2. de conſuetud. tenuit, quod cenſeri debet donatio cauſa*

3 d *Sed quid, ſi facta ſit ab infirmo.*] Quod † mortis cauſa donatio nuaquã intelligatur, niſi mortis mentio facta ſit, quãuis donator ſit in extremis uitæ conſtitutus, ultra Clarũ noſtrũ, & per eũ citatos, tenent Franc. Mãtica li. 1. de cõiect. vlt. volũt. tit.

13.n.3.Graſ.d.§.donatio cauſa mortis, q.1.n.3.Thadeus Piſo d. lib.4.variar.reſolut.c.1.n.19 alijq;ab his laudati. *Harprec.*

e *Mentio mortis.*] Adde hic, quod in dubio debet interpretari, prout melius valere poteſt, vt per Crau. in conſ. 52.n.4. &imitatioues quam plures dixi in reg.contra, *Giach.*

mortis. Sed in hoc Anton. de Butr. communiter reprobatur, vt dicit Gul.de Bened.in repet. cap.Raynutius. in verbo, Teſtamentum,el 4.nu.21.& ideo tenendum eſt, quod imò etiam hoc caſu iudicari debeat donatio inter viuos,non autem cauſa mortis. Et ita tenent communiter Doct. vt ait Ripa de peſt.in priu, contractuum.poſt numer.175. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Ripa, lib. 3.reſp. cap.9. poſt numer.7. & eod.lib.cap.11. numer.7, Nam, vt dicit text. in l. Seia. §.fin.ff. de don. cauſa mortis. talis videtur potius moriens, quam mortis cauſa donare. Quam opin.ego etiam ſaquor, dummodo talis donatio ſit facta in forma contractus; ſed ſi eſſet facta in teſtamento, vel codicillis, ab infirmo præcipue exiſtente in mortis articulo, crederem tutius eſſe adhærere opin. Ant. de Butr.

4 *Ceterum ſi in donatione ſit facta mentio mortis, tunc proculdubio tenendum eſt, quod ſit donatio cauſa mortis, non autem inter viuos. Et hæc cõcluſio communiter tenetur, vt ait Dec. in l.fin.num.20. C.de pactu. Illam etiam dicit eſſe communem Pariſ. conſil. 16. num.4.lib.2. Non enim debemus in dubio à vi, & proprietate verborum aliquo modo recedere. Intellige tamen, quod non ſufficit, quod ſimpliciter ſit facta* [e] *mentio mortis: ſed duo copulatiue requiruntur, ſcilicet, qnod in donatione ſit facta mentio mortis, & quod ſit collata in tempus mortis. Ita concludunt Doct.omnes, vt dicit Sigiſmund. conſ. feud.5.poſt num.4. Quod nota perpetuo.*

5 *Sed pone, quod aliquis dicat ſe donare cauſa mortis, & in donatione ipſa promittat illam non* [f] *reuocare; Quæro an dicatur donatio inter viuos, an aulem cauſa mortis? Reſp. quod ex illa promiſſione de non reuocando debet cenſeri donatio inter viuos,non autem cauſa mortis. Textus eſt expreſſus in l. vbi ita donatur, ff. de donat. cauſa mortis. Et eſt communis opin. vt ait Didec. in Rub.de teſtament. in 2. parte, poſt numer. 11. Et dicit Natta conſil. 104. numer. 7. & ſequ. quod in hoc neminem reperit contradicentem. Hæc enim qualitas, ſ. quod ſit irreuocabilis, adeo repugnat ipſi donationi cauſa mortis, vt ſit illi incompatibilis; & neceſſe eſt hoc caſu interpretari illud verbum cauſa mortis, poſitum in donatione, vt dicamus donantem potius motum fuiſſe ad donandum propter cauſã mortis, quam voluiſſe mortis cauſa donare, vt dicit Iuriſconſ. in d.l.vbi ita donatur.*

f *Non reuocare.*] Amplia,ac limita,vt per Dué. reg. 217. Verum ſi ſit facta cum pacto, quod non retrahatur, nec reuocata intelligatur, niſi donatatio præmoriente: An tale pactum faciat ipſam trãſire in donationem inter viuos? vide per Caſtren. conſ.83.nu.2.quid de donatione facta ab exiſtente in articulo mortis? quod valeat in vim donationis cauſa mortis licet nõ fiat mentio de morte: vide per Soc.conſ.130.num.7. Quid ſi fiat ab infirmo? quod ſic, vide per Caſtr. conſ. 384. Sed contra per Crau.conſil.277. colum. fin. *Giach.*

g *Et in donatione ipſa promittat, illam non reuocare.*]
4 Quod † donatio ſub cõmemoratione mortis facta; cum clauſula de nonreuocando, aſſumat naturam donationis ſimplicis,ſiue inter viuos,præter Clarum hic noſtrum, tradunt Bartol Caſtrenſ. Angel. & ceteri in l.vbi ita donatur,27.ff.de mor. cauſ. ponat.Bald. & Salicetu in l.2. C. de iur. dot. Roman. conſ. 53. in fin. Mantica d. tit.13 nu.5.& ſeqq.Menoch.lib.3 præſumpt.35.nu.21. Ioannes Vincentius Hondedæus conſultat.40.nu.59. vol. 1.& conſultat.44.nu.52. vol.2. Franciſcus Perſonal. conſil. 44. in princ. Graſſus d.§. donatio cauſa mortis, q.1.n.4 Fachineus lib.5.controuerſiar. iur.cap.23.Cuiac.conſultat.30.D Bocerus dict. comment de donat. c.5.nu.23.Hackelman.diſput.illuſtr.19.th.19. Piſo prædicto c.1.nu 7 & ſeqq.vbi fuſius illud explicat.

Tametſi non deſint, qui hoc caſu donationem inter viuos eſſe negant. Curt.Iun.conſ 56.num.2.& 3.Pariſius conſ.56. num.13.lib:3.Socinus Iunior in leg. qui Romæ, 122. §.duo fratres,num.94.ff.de verbor.oblig.& alij, quos refert Anton. Gabriel.Roman.lib.2.concluſio. commun. concſuſ.9.numer. 2.verſ. tamen contrarium, &c. Quibus adiciendi ſunt Coraſius, & Giphan.in d.l. vbi ita donatur 27. ff. de mort. cauſ. donat Ant. Faber decad.45.de Error.pragm. error.1. Forſter, lib.2.diſputat.10.th.11.& H.lib.2.var.reſolur. iur.ciu. tract.4. quæſt.2.

5 Enim vero † ſunt & alij caſus; quibus licet mortis mentio facta ſit in donatione; tamen pro donatione inter viuos haberi debet. Etenim primo inter viuos, non mortis cauſa donatio intelligitur, ſi effectus, & executio obligationis in euentum mortis differatur; atque adeo dilationis tantum gratia in verbis executiuis mentio mortis fiat: vt ſi dicat donator; dono tibi talem rem, vel pecuniam ſoluendam poſt mortem: vel dono tibi fundum, retento mihi vſufructu pro vita mea,& vſque ad mortem, argumento l. Seia.42. §.vltim.ff.de mort.cauſ.donat l.1.C.vt action.ab hæredib.& contra hæred.&c.l. hęreditarium, 7.ff.de bon. auctorit. iudic. poſſid.l vltim.C.de contrah.& commit ſtipulat.& §.poſt mortem, 12. Inſtitut. de inutilib. ſtipulat. Atq; ita docent Bartol. in dict.l.vbi ita donatur,27. ff.de mort. cauſ. donat. Bal.in dict.l.2.C.de iur. dot.Roman in l. quæ dotis,33.ff ſolut.matrim.nu. 8.ibique Alexand. num.12.& Iaſon num.35. Decius in l.ſi.20.C. de pact. Ruinus conſ.182.numer. 5.lib.1.Crau. conſ.617.n. 1.Natta conſil. 123. Roland.à Valle conſ. 61. nu. 13.vol.2.Berous conſ.60. numer.15.vol. 1. Hippolytus Riminald. ad princ. tit. Inſtit. de donationib. numer. 921. Mantica d. lib. 1. de coniect. vlt. volunt.tit.13.numer. 12.& 21.Menoch.d.lib.3. præſumpt.35.numer. 4. Iacobus Thoming.d.diciſ. 20. numer.12. Hartman. Piſtoris lib.3.quæſt.2.iur.q. 8.num. 2.& 3. D. Bocer. d.c.5. nu. 17.& Thadeus Piſo d. lib.4. var. reſol. c. 1.num.6.

6 Secundo † inter viuos, non mortis cauſa donatio cenſetur,cum quis donationem ſub mortis mentione confert in aliquem, & eius heredes: ſiquidem mortis cauſa donatio ad hæredes non tranſit Bal. & Salicet. in d.l.2. C. de iur.dot.Socin. ſenior in l. 2.nu.11. ff.de legat.1.& conſ.53.n.5.vol.1.& cõſ. 72.n.5.vol.3. Alex. conſ. 14.n.4.vol.1. Corn. conſ. 289.nu.11.vol.4.Ruinus conſ.98.num.16.& conſ. 123.nu.6 uol.1.Crauet. conſ.314,n.18.Rol.à Valle conſ.8.nu.19.uol.1.& conſ.61.nu.37 uol.2. Aldobrand conſ.44.nu.8.Boerius deciſ.353.nu.12.Couar.de teſt. par.3.n.25.Hippolytus Rimin.in d.princ.Inſtit. de donationib. n.927 Mantica d. lib.1.tit.13.nu.13.Graſſus d.§.donatio cauſa mortis, q.1.n.7 Piſo d.lib.4.c.1.n.14.& Menoch. de præſump. præſump. 35.n.7. Qui tamen pleriq; hoc pronunciatum latius declarant.

7 Tertio † ſub commemoratione mortis facta donatio,non reputatur mortis cauſa donatio,ſi non quinque teſtes ſint adhibiti. Hæc quippe donatio quinque teſtes neceſſario deſiderat, l.ult. C.de donat.cauſ.mort.Ne autem uideatur donator elegiſſe uiã qua ſua diſpoſitio euertatur, & pereat:dicendũ potius,inter uiuos donatũ fuiſſe,l ſimiles,3.ff.de teſt.milit.Cynus in l.licet inter priuatos.19.C.de pact.Alex in l.quæ dotis,23.n.13.ff. ſoluto matr & ibidẽ Iaſ.n.46.& 47.Corn.conſ.124.n.3.& cõſ.259. n.9.lib.4.Pariſ.conſ.90.n.3.& 4.vol.3.Purpurat.conſ.508.n.4. Rol.à Valle conſ.8.n.22.uol.1.Socin.ſen.conſ.137 lib.1.Socin. iun.conſ.21.uol.2.Cranett.conſ.52.n.4.& conſ.227.in fin.Natta conſ.117.n.3 & 4.Bertrandus conſ.88.num.2.uol.2.Rimin. in d.princ.Inſtit. de don.num.924.Mantica d.tit.13 n.15.Menoc.d.proſump.præſ.35 nu.4.Hartman Piſtoris d.q 8.n.14.D. Bocer.d.comment de don.c.5 n.24.& Piſo prodicto c.1.n.15.

8 Quarto, quod † conſanguinitatis cauſa ſub mortis mentione donator, inter viuos donare intelligitur. Ita ſentiunt Romanus in dict. l. quæ dotis, 33.ff. ſolut. matrimon. Socin. ſenten. conſ. 177.col.2.volum.1.Gnlielm. Benedict. in c. Raynutius, 16. verb.teſtamentum, num. 23. Marant. conſ. 140. num. 9. Roland. à Valle conſil. 61. nnm. 49. vol. 2. Caualcan. deciſ. 42. num.9. Menoch.d. præſumpt.35. num.39.Hartman.Piſtoris d. q.8.num.10. hoſque referens D. Bocerus d. c. 5. nu. 21. Qui Interpretes plures caſus recenſent, quibus inter viuos donatio eſt, licet mortis mentio facta fuerit. *Harprec.*

QVAESTIO V.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio cauſa mortis an magis comparanda ſit contractibus, quam vltimis voluntatibus.*
2 *Et an quantum ad confirmationem.*
3 *Et quid ſi donatio cauſa mortis facta ſit in teſtamento.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus donatio cauſa mortis potius cõtratui, quam vltimæ voluntati æquiparetur.*
2 *Et quid ſi donatio cauſa mortis facta ſit in annos ſingulos.*
3 *Quæ vtilitas ſit differentiæ, quod donatio cauſa mortis in ſingulos annos facta ſit vna legata vera plura, remiſſiue.*

QVÆST. V.

1 *QVæro, nunquid donatio cauſa mortis magis comparanda ſit contractui, quam* [a] *vltimæ voluntati? Vtilitas autem huius quęſtionis eſt euidens, nam ex hoc ſcire poteris, an donatio cauſa mortis debeat regulari ſecundum leges, & ſtatuta loquentia de contractibus. In hoc autem articulo magna fuit aliquando inter Doctores controuerſia. Quidam enim ſimpliciter dixerunt, quod donatio cauſa mortis magis accedit contractui, quam vltimę voluntati. Et hanc dixit eſſe communem opin. Boer. conſ. 34. num. 12. Alij vero ſimpliciter dixerunt, quod eſt magis vltima voluntas, quam coutractus. Et hanc dicit videri magis communem* [b] *Marſ.ſing.136. longa. Tu dic, quod donatio cauſa mortis quoad modum, &* [c] *ordinationem, ſcilicet, dum in eſſe ducitur, æquiparatur contractui, ſed poſtquam eſt in eſſe deducta, quo ad effectum, & efficaciam, cenſetur vltima voluntas; & ita intelligenda eſt gloſ. ordinaria, quæ ad hoc propoſitum ſemper allegatur in leg. 2. in princ. in verb. Legatum, ff. de dote præleg. quam dicit eſſe communiter approbatam Socin. conſ. 130. num. 9. lib. 1. quod eſt duplicatum conſ. 235. lib. 2. Iaſ. in l. cum antiquitas nu. 2. C. de teſtam. Hanc etiam opi. dicit eſſe communem Iaſ. in l. 2. num. 1. ff. de leg. 1. & in l. ſenium, num. 8. in fin. C. qui teſtament. facere poſſunt, Ripa in d. l. 2. numero 15. Alciat. in l. 2. in princ. numer. 10. ff. de verbor. oblig. Et ideo ſi ſtatutum diſponat, quod in contractibus conficiendis debeant interuenire duo Notarij, ita ſeruandum erit in donationibus cauſa mortis: ſi vero aliud ſtatutum diſponat, quod vltimæ voluntates habeant executionem paratam, pariter donatio cauſa mortis habebit paratam executionem. Quia illud ſtatutum diſponit circa contractus, prout ſunt in fieri, merito comprehendit donationem cauſa mortis. Hoc autem diſponit de vltimis voluntatibus iam in eſſe deductis: ideo locum habet etiam in donatione cauſa mortis. Econuerſo autem ſi ſtatutum diſponeret quod in vltimis voluntatibus conficiendis deberent interuenire duo Notarij, non comprehenderet donationem cauſa mortis, &c.*

2 *Scias tamen, quod licet donatio cauſa mortis quoad effectum, & efficaciam æquiparetur vltimis voluntatibus, vt ſupra dictum eſt, nam vltimę voluntates nou confirmatur niſi adita hęreditate. Donatio autem cauſa mortis confimatur ſola morte donantis, etiam eius hæreditate non adita. Ita colligitur ex gloſſ. in l. poſt legatum, §. quì mortis, in verb. Legatario. ff. de his, quibus vt indig. & eſt communis opin. vt dicir Alexand. in l. illud, poſt numernm 4. verſic. tamen donatio. C. de collatio. Picus in repe. l. in quartam. colum. 21. quem refert Didacus in rubrica*

ADDITIONE.

a QVam vltimæ voluntati.] Item an æquiparetur potius vltimæ voluntati, quam contractui? vide per Bald. conſ. 108.n.3.Tiraq.de leg.connub.fol. 145. nu. 144. & ſeq. *Giach.*

b *Nunquid donatio cauſa mortis magis cõparanda ſit cõtractui, quam*
1 *vltimæ volũtati.*] An † & quatenus donatio cauſa mortis æquiparetur potius contractui, quam vltimæ voluntati, latiſſime explicant, poſt Clarũ noſtrũ, & plures alios, quos ipſi citant, Michael Graſſus lib. 1. receptar. ſenten. §. donatio cauſa mortis, quæſtione ſecunda, Thadeus Piſo libro quarto, variar. reſolutio. capitulo 2. Andreas Rauchbarus quæſt. 32. numer. 42. part. 1. D. Bocer. in commentar. de donationib. capitulo 5. numer. 47. Idem & nos explanatius preſecuti ſumus ad §. 1. Inſtint.de donationib.nu. 16.& ſeqq.

2 Illud ſane † animaduertendum eſt: quod licet donatio cauſa mortis, quoad effectum, & efficaciam (vt Clarus hic loquitur) cenſeatur vltima voluntas: attamen hoc locum non habeat in donatione cauſa mortis, facta in annos ſingulos: quoniam talis donatio dicitur vna l. ſenatus, 35. §. fin. ff. de mort. cauſ. donationib. ſicut & ſtipulatio dicitur vna, l. ſi Stichum. 16. §. ff. de verbor. obligat. cum tamen legata, in annos ſingulos facta, dicantur plura, l. ſi in ſingulos, 4. & l. cum in annos, 11. ff. de annuis lega. Graſſus d. q. 2. num. 4. Quanta autem huius
3 differentiæ (quod † donatio cauſa mortis in ſingulos annos facta ſit vua, legata vero plura) vtilitas ſit, exqueſite declarant Iaſon in dict. l. ſi Stichum, 16. §. 1. ff. de verb. oblig. & Hippolytus Riminal. in princ. Inſtit. de donat n. 1200. cum ſeqq. eoſque referens Thadeus Piſo d. cap. 2. numer. 39. *Harprec.*

b *Marſ.ſing.136.*] Vbi allegat Lud. Rom. conſ. 75. neſcio, &c. ibi tamen Roman. in libro meo de communiori verbũ nullũ facit; bene dicit, quod mortis cauſa donatio quoad eſſentiam, & ſui validitatem per omnia vltimæ voluntati comparanda eſt, alleg. l. vnic. ad fi. C. de cad. tol. & l. quæ ſub conditione, §. hoc edictum, ff. de cond. inſtit. & l. fin. C. de donat. cauſ. mort. *Gouean.*

c *Ordinationem.*] Itẽ quod donatio cauſa mortis quoad ordinationem æquiparetur contractui, vide per Hippol. Rimin. in princ. de donat. Inſtit. nu. 572. & 598. cum omnibus alijs ſeq. quia fuſius ceteris quæſtionem diſcurit: tametſi auctor noſter illum nunquam alleget. *Giach.*